

MANTISSA DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

ad Librum Undecimum

THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ, CARDINALIS DE LUCA,

Qui est

DE LEGATIS, ET SUCCESSIONIBUS ab Intestato, ac Renuntiationibus.

ARGUMENTA DECISIONUM.

DECISIO I. Romana quarti dotalis.

Recedendo à binis decisionibus in hac causa emanatis, firmatur, quod confessio emissa in precibus summo Pontifici porrectis ad effectum obtinendi derogationem Sixtinae Constitutionis, non probet dotis quantitatem, utpotè emanata ad alium finem, quodque ad taxandum lucrum ex dote secundo viro constituta detrahenda sit ea quantitas, quæ debetur ex dote filiis primi matrimonii, nisi per dispositionem text. in l. hac edictali, C. de secund. nupt.

DECISIO II. Pisana Oeconomiatus.

Quod Episcopus intra limites suæ Diocesis habeat facultatem deputandi Oeconomos in Parochialibus vacantibus, expressè disponit Sacrum Concilium Tridentinum exornatum per Cardin. de Luca in annot. ad Sac. Conc. disc. 32. Hac autem decisio firmat, quod præfata facultas extendatur etiam ad Ecclesias quomodolibet affectas, vel reservatas, non obstantibus exemptionibus & indulgentiis, pluraque tradit circa informatam scripturæ, cui fides minimè sit præstanda.

INDEX DECISIONUM.

Ferrariensis, Canoniciatus, 5. Martii 1698. Pio, Decis. VI.
Pisana Oeconomiatus super attentatis & mantentione, 16. Julii 1695. Emerix, Dec. III.
Pisana Oeconomiatus super jure & possessione deputan-

R. P. D. CAPRARA.
Romana quarti dotalis.

LXXV. Junii 1698.
ARGUMENTUM.

Recedendo à binis decisionibus in hac causa emanatis, firmatur; quod confessio emissa in precibus summo Pontifici porrectis ad effectum obtinendi derogationem Sixtinae constitutionis, non probet dotis quantitatem, utpotè emanata ad alium finem, quodque ad taxandum lucrum ex dote secundo viro constituta, detrahenda sit ex quan-

DECISIO III. Pisana Oeconomiatus.
A deputatione Oeconomi Parochiali vacanti, per ea, quæ etiam notat Card. de Luca in annot. ad S. Conc. disc. 32. præfens decisio decidit, quodque attentata minimè revocari peti valeant per eum, qui in ea quoque incidit, & adversus in sua possessione continuantem.

DECISIO IV. Pisana Oeconomiatus.
Confirmat ea, quæ circa facultatem Episcopi in deputatione Oeconomi in Ecclesia Parochiali vacante firmata fuerunt, unde argumento minimè indiget.

DECISIO V. Pisana Oeconomiatus.
Approbantur superius enucleata quoad denegationem revocationis attentatorum propter emissam deputationem Oeconomi.

DECISIO VI. Ferrariensis, Canoniciatus.
Agitur, an renuntians ob ingressum in religionem habitu nondum suscepto subiacet solemnitatibus volitis per Sacrum Concilium Tridentinum, & an renuntiatio resolvetur, si renuntians professionem non emittat, licet agatur, de renuntiatione beneficiorum, in ampliationem disc. 40. Cardin. de Luca in annot. ad Sac. Conc. Trident.

di Oeconomos, 12. Decembris 1695. Emerix, Decis. IV.
Pisana Oeconomiatus super attentatis & mantentione, 12. Decembris 1695. Emerix, Decis. V.
Pisana Oeconomiatus super jure deputandi Oeconomos, 1. Julii 1695. Emerix, Dec. II.
Romana quarti dotalis, 16. Junii 1698. Caprara, Decis. I.

titate, quæ debetur ex dote filiis primi matrimonii, nisi per dispositionem text. in l. hac edictali, Cod. de secund. nupt.

S U M M A R I U M.

1. Verum in Urbe ex statuto conjugii superstiti debetur.
2. Lucrum ad formam statuti Urbis nil aliud est, quam quarta portio dotis tradenda ad estimationem bonorum tempore obitus.
3. Loca montium vincularum valentur ad rationem cent. 75. pro quolibet centenario.
4. Vinculum in locis montium appositum, juxta communem præsumptionem diminuitur.
5. Usufructus in dote assignatus regulatur præ constitutionem capi-

1. Capitalis restituendi ad terminos legis hereditatum, si ad l. falcidiam.
2. Instrumentum dotale recipit interpretationem à Capitulis.
3. Creditum inexistibile reputatur, si plures sententia contraria emanaverint.
4. Vir negligens in exigenda dote minimè est notandus; fillam per septem tantum menses distulerit exigere.
5. Ex Statuto Urbis lucrum debetur nedium de dote soluta, sed etiam promissa.
6. Declarat, ut conclusio vera sit, si exigibilis appareat, secus si inexistibile probetur.
7. Confessio emissa in precibus, si serena convincatur, nil præjudicat, & error dicitur statim probatus, si constet eam se aliter habere.
8. Confessio emissa in precibus ad effectum obtinendi derogationem Sixtinae, nequaquam probat veram dote constitutionem ad effectum regulandi lucrum.
9. Confessio facta in precibus circa dotis quantitatem, si relationem habeat ad capitula, ab ipsi veram recipi determinationem.
10. Ex dote constituta secundo viro ad effectum regulandi lucrum, detrahi debet ea rata, quæ servari debet præfiliis primi matrimonii.
11. Lucrum mulieris, & viri debet equaliter determinari.
12. Femina licet faciat numerum ad augendam legitimam masculinorum, non tamen concurrere possunt in successione; si resistat dispositio statuti.
13. Subsistit capitulum facta per filios primi matrimonii, portat quidem renuntiationem dispositioni leg. feminæ, C. de secund. nupt. non autem l. hac edictali C. eod.
14. Fructus lucris dotales calculantur ad rationem quatuor pro centenario.

DECISIO I.

Lympha Massa quinque habens filios ex primo matrimonio, secundas contraxit nuptias cum Christophoro Baldino, cui in dote dedit diversos effectus, & jura, nempe loca 35. montium Cameralium, scuta 1500. & jura quarti dotalis debita ab hereditate primi viri, quoddam terrenum nuncupatum in Pedica, medietatem fortis census sc. 2500. unâ cum fructibus decursis, debitum à Duce Sannefio, & bona recuperata à Thaddeo patre, & alia recuperanda ex testamento Ludovici Colciari avi materni; ita tamen qualia, & dummodo exigi valeant, & cum pacto, quod fructi debeant pro fundis dotibus Christophorus autem promisit eidem Olympie, quatenus ipse præcederet, scut. 3000. quæ intelligi voluit eidem esse donata ultra quartum dotale, quod ad formam statuti Urbis supra lucrandum convenirent, ut latius ex Capitulis matrimonialibus in sum. heredum n. 1. & quia omnes prædicti effectus, & jura in dote danda accendere poterant ad sc. 18. m. & totam ultra, cum hac expressione reportarunt à san. mem. Innocentio XI. derogationem Bullæ Sixtinae moderatio- nis dorum.

Disolutum fuit illinc ad aliquot menses matrimonium per mortem Christophori, undè Olympia recuperatis ab hereditibus viri omnibus effectibus dotalibus, & receptis etiam scut. 3000. ut supra dotatis, quia quoad quartum dotale exorta fuit controversia circa illius quantitatem, ex quo plures effectus in dote danda dicerentur ab hereditibus inexigibiles, & alii indigere valuatione, introduxit ipsa judicium coram A. C. & mandatum obtinuit in summa scut. 2450. quod successivè fuit canonizatum coram R. P. D. meo Murio, & deinde coram R. P. D. meo Anfaldo, & cum recriptis signaturæ justitiæ executioni demandatum. Commissa autem mihi causa appellationis in devolutivo, & dato dubio, An, & pro qua summa debeatur lucrum dotis, & illius fructus; censuerunt hodie DD. lucrum, & fructus deberi in quantitate inferius exprimenda.

Quod enim attinet ad lucrum, nequit in dubio revocari, quin illud debeatur, cum Olympia habeat intentionem fundatam in statuto Urbis cap. 12. lib. 1. & in pacto de illud lucrando ad formam ejusdem statuti apposto in capitulis matrimonialibus, sum. d. n. 1. ut aliis dixit Rot. dec. 750. n. 1. & dec. 854. n. 13. coram Card. Cerro.

Quo verò ad illius quantitatem, cum illa dependeat à quantitate dotis, quæ haberi non potest ex Capitulis matrimonialibus, dum per Olympiam fuerunt assignati in dote diversi effectus, DD. duxerunt, ad cuiuslibet illorum examen devenire, ut firmata illorum quantitate, & valore, inde defumi valeat quantitas lucri, quod ad formam statuti Urbis nihil aliud est, quam quarta portio dotis traden-

Disis. ad Theatr. de Luca Vol. 111.

dæ ad restitutionem bonorum tempore obitus, ut ex Penzon. ad idem Stat. cap. 13. l. n. 28. dicitur Rot. dec. 419. n. 24. part. 16. rec.

Primò igitur se offert partita locorum 33. Montium Cameralium, à quibus demenda sunt loca duo per Olympiam de consensu viri ad effectum solvendi proprium & alienum alienata cum pacto, quod amplius numerari non debeant in dote, nec ad effectum restitutionis, nec ad effectum calculandi quartum, d. sum. n. 6. reliqua vero loca 33. cum non sint libera, sed subiacent vinculo evictionis pro securitate emptoris quarumdam domorum, à quarum pretio proveniunt, ut præferunt literæ patentes, d. sum. nu. 2. & 4. & fuerint per Olympiam in dorem tradita per quædam quantitate valore ab eis, ratione d. vinculi DD. arbitrati sunt valentia esse in scut. 75. pro quolibet, licet peritus in minor summa, hoc est sc. 65. alijudicaverit, d. sum. n. 3. & 5. cum iuxta communem præsumptionem tale vinculum diminuat de valore, ut in specie notat Card. de Luca de Regalibus disc. 30. n. 8. & 9. 4. & ex judicio peritorum alias firmavit Rot. decis. 126. n. 4. & 42. part. 14. rec. & in Romana Census 13. Aprilis 1693. §. fundamentum, coram me, confirmata die 27. Januarii 1694. §. transendo, coram ho. me. Benincasa, & sic hujusmodi partita erit scut. 2475.

Subsequuntur alia duo partita, nempe scut. 1500. debita ab hereditibus primi viri, & terrenum nuncupatum in Pedica, cujus valor pro medietate dote in dorem est scut. 1785. juxta estimationem periti, de qua in d. sum. n. 7. quæ amba partita constituentes summam scut. 3285. cum non controvertantur ab hereditibus Christophori, indubiè veniunt calculandæ.

Accedit tertia consistens in usufructu quarti dotalis superlucratæ per obitum primi viri, & debiti ab illius hereditibus; sed iste usufructus in dorem datus visus est non posse calculari in scut. mille, prout calculavit decis. R. P. D. mei Anfaldi edita die 1. Julii 1697. §. nihilominus; quia Christophorus secundus vir d. summam ex hoc titulo consequi non poterat, cum tempore contracti matrimonii ageret annum 68. ideoque ex leg. hereditatem, ff. ad leg. falcid. §. 406. num. 5. part. 9. recet. considerari solum potest habitus ad vivendum per annos quinque (quod tamen revera septem mensibus tantum supervixit) itaque etiam si quartum dotale calculatur in scut. 4500. cum supposito, quod primus vir in dorem habuisset scut. 18. mille, prout summò Pontifici narraverat occasione obtinendi derogationem constitutioni Sixtinae, fructus d. summam ad rationem quatuor pro centenario redditentes annua scut. 180. unice constituerunt in annis quinque scut. 700. & non ultra, vel si verius idem quartum calculatur ad ratam dotis effective à primo viro exactæ, prout procedere voluerunt DD. respectu secundi viri, ut infra dicitur, illius fructus vix ascenderent ad annua sc. 60. quæ spatio quinquennii constituerunt sola scut. 300.

Addebatur partita scut. 3000. moneta, quæ per Christophorum eidem Olympie donata fuerunt; sed fuit dictum hanc summam non esse ponendam ad calculum pro augendo lucro, quia cum illa ex forma ipsius promissionis effect solvenda ultra quartum, bene colligitur, quod promissor noluit illam computari in dorem ad effectum augendi prædictum quartum; quicquid dictum fuerit in instrumento, ubi fit mentio supra dotis, quia illud recipit interpretationem à capitulis, cum expressione, quod nihil correctum vel diminutum censetur, ut in proposito dixit Card. de Luca de dot. disc. 97. n. 4. Rot. dec. 34. n. 29. usque ad 36. 6. & signanter n. 30. & 34. part. 12. rec.

Idem fuit dictum quoad partitam censum cum Duce Sannefio, ejusque fructum, & de partita fideicommissaria Cosciari, scilicet non esse admittendas. Ille enim partitæ fuerunt assignatæ, per tali quali sono, cum expressione, quod si non exigerentur, mulier non teneretur. Unde jam patet quod ipsa mulier à principio dubitavit de illarum exigibilitate. Rursus quoad censum, constat, quod à die obitus impostoris nunquam fuerunt exacti fructus, & quod pejus est, gemina sententiæ emanant favore heredum fideicommissariorum ad exclusionem creditorum, quapropter clara est inexigibilitas. Ut col. consulti. forensi. c. 2. n. 18. & 20. Mer. lin. de pignor. lib. 5. §. 74. sub n. 1. Rot. post ipsum decis. 49. nu. 2. & dec. 66. n. 4. & in rec. dec. 393. sub n. 13. part. 16. & dec. 985. n. 9. Non obstante, quod mulier post obitum viri obtinuerit ab A. C. decreta favorabilia, quia evanuerant eo ipso quod Dux Sannefius opposuisset illas sententias, & de facto mulier neque post obitum viri potuit quidam exigere.

Hac eadem procedunt quoad fideicommissum Cosciari

à certum, & ultra annis ante conditum, cuius inventurum ex dumatat fuit exhibitum, cum cateroquin non confiteret de iudicialibus bonorum, nec de aliis, requiritis, & de facto nec ante, nec post, nec ipsa mulier nec pater in decursu tunc temporis quidam ex fideicommissio recuperarent, cumque ulterius Christophorus septem tantum mensibus supervixerit, non potest de negligentia in exigendo redargui, ex firmatis in specie per Rot. in Romana pecuniaria 27. Junii 1639. *§. Prout nec etiam in p. cor. Reverendissimo Decano.* Hinc cum huiusmodi paritate appareat notorie inexigibiles, non veniunt computanda ad effectum detrahendi quartum dotale, & licet etiam de dote promissa, sed non soluta, quartum veniat detrahendum, ad notata per Fenon. *ad statut. urb. d. cap. 13. n. 24. et 25.* Huiusmodi tamen propositio non vepit simpliciter accipienda, sed in eo dumatat sensu, videlicet, quando dos, quae remanet, sit exigibilis, non autem quando probetur inexigibilis prout in praesenti, quo casu ad hunc effectum nullatenus venit attendenda, *Card. de Luc. de dot. decis. 118. sub n. 7. et n. 13. vers. fin. Bull. de dot. cap. 2. n. 49. Fenon. ubi sup. n. 27. et seq. Adden. ad Buratt. dec. 431. n. 11. in fin. Rot. coram Seraph. dec. 382. n. 2. et dec. 117. n. 6. part. 8. rec. et in dista Romana pecuniaria 27. Iulii 1639. §. Nos minus autem, coram Reverendissimo Decano.*

Nec suffragatur Olympia ad effectum suscipiendi dorem in secul. null. confesso per Christophorum virum emissa in precibus porticis summo Pontifici pro obtinenda derogatione constitutionis Sixtinae, quia dicta confessio fuit emissa cum supposito quod effectus in dorem assignati ascendere possent ad d. summam, & forsan ultra, ut legitur in sisdem precibus exhibitis in sum. Olympia num. 20. Unde cum convinceretur de manifesto errore, qui statim dicitur probatus, dum ex effectu d. diffinitione constat rem se aliter habere, *l. si post divi. 4. C. de iur. et facti ignor. Bart. in l. si si me putem. 2. ff. de condit. indub. Buratt. conf. 339. n. 24. lib. 3. Surd. conf. 47. n. 6. et conf. 203. nu. 13. et seq. ubi quod potius praesumitur error, quam donatio, Cyriac. contr. 65. n. 1. et in terminis Altogr. conf. 28. n. 20. lib. 2. Rot. dec. 182. n. 3. et dec. 191. nu. 2. cor. Carill. et dec. 985. n. 6. coram Duno. et dec. 391. coram Celfo, et dec. 60. n. 20. part. 19. rec. ideoque contentum non praedictat, *l. 2. ff. de conf. et e. §. fin. cor. Altogr. d. conf. 28. n. 12. et seq. lib. 2. Surd. d. conf. 37. sub n. 6. Cyriac. contr. 65. n. 8. decis. 182. n. 15. et d. decis. 361. n. 10. coram Celfo, et in dec. 121. n. 22. part. 19. recent.**

Maximè quia illa fuit prolata ad alium effectum, nempe impetranda derogationis, *Card. de Luc. d. 206. n. 7. Rot. coram Buratt. dec. 200. n. 9. et dec. 62. n. 7. post Pacif. de Salvy. & cum relatione ad capitula matrimonialia, in quibus res data in dorem considerata fuerunt pro eo quanti valerent, à quibus propter eadem capitulis confensio debet veram determinacionem recipere, Rot. coram Mautic. dec. 352. num. 3. Adden. ad Greg. 168. n. 8. Penia dec. 350. n. 5. 6. & cum aliis allegatis in dec. 34. ex n. 29. et seq. part. 12. rec. et in Bon. non pecuniaria, seu transacionis 20. Novemb. 1669. §. Nec reforme, coram bo. me. Albergato.*

Ex hac autem certa, & determinata dote scur. 6060. ex partitis supra enumeratis constata, ad effectum dignoscendi de lucrum detrahendum, demenda est medietas debita filiis primi matrimonii pro legitima illis competente, *Hodiern. in l. hac editali 9. 7. n. 14. et seq. et coram Bich. dec. 293. num. 5. et seq. et coram Duno. dec. 528. n. 2. reliquum vero dividendum iuxta dispositionem text. in l. hac editali, C. de secund. nupt. ubi Olympia tradenda sit tanta quantitas pro huiusmodi lucro, quanta contigitlet eius viro; si ipsa praecedisset, nempe una ex dd. quatuor medietatibus, habito respectu ad tres filios masculos praecedentis matrimonii, iuxta tradita per Theaur. dec. 184. sed per rot. Rot. cor. Merlin. d. dec. 38. n. 27. et dec. 318. nu. 5. et seq. et coram Bich. d. dec. 293. n. 5. et 20. et dec. 357. n. 3. et in rec. dec. 47. nu. 5. et dec. 384. part. 17. cum lucrum mulieris, & viri de beat. aequaliter determinari, ut notat Card. de Luc. de donat. d. 50. n. 4. et seq. et n. 6. et sub n. 17. et 18. Mantic. de tract. lib. 2. cap. 31. n. 51. et 52. & dua filiae feminae, licet faciant numerum ad augendam legitimam masculorum, non possunt tamen concurrere in successione ob resistantiam statuti, iuxta firmata per Rot. dec. 128. num. 1. et 2. per rot. part. 13. recent.*

Nullatenus relevante, quod in proposito non vindicet fibi locum regulat. text. in l. hac editali, dum filii ex approbatione transicus matris ad secundas nuptias iudicantur hinc privilegio, & in iura ipsi illate renuntiant, quoniam praeterquam quod ex huiusmodi approbatione possent inferri,

dumatat fuisse renuntiatum dispositioni *l. summe, C. de secund. nupt. illud certum est, quod per subscriptionem capitulorum matrimonialium, ex qua huiusmodi confensus, & approbatio defumitur, non inducitur renuntiatum dispositioni, l. hac editali, ut in his praecisis terminis firmavit Hodiern. ad d. leg. 9. 21. n. 47. et seq.*

Quo verò ad fructus lucri, cum quoad illos habeatur iudicialis interpellatio, utpote anno 1690. exorta contra haeredes Christophori, ab illo tempore ad mensuram lucri, seu quarti illos deberi, minime valet contraverti, & illos esse calculandos ad rationem quatuor pro quolibet centenario, & anno, ad cumulata per Rot. dec. 366. num. 21. part. 15. rec.

Et ita partibus informantibus fuit resolutum.

REV. D. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomatus super iure deputandi Oeconomos.

Ven. 1. Julii 1695.

ARGUMENTUM.

Quod Episcopus intra limites sua Dioecesis habeat facultatem deputandi Oeconomos in Parochialibus vacantibus, expressè dispositio Sacrum Concilium Tridentinum exoritur per Cardin. de Luc. in annor. ad Sac. Conc. d. 52. Hec autem decisio firmat, quod praefata facultas extendatur etiam ad Ecclesias quomodolibet affectas, vel reservatas, non obstantibus exemptionibus & indulgentiis, pluraque tradit circa informatem scripturae, cui fides minime sit praestanda.

- SUMMARIUM.
- 1 Episcopus intra limites sua Dioecesis habet ius deputandi Oeconomos Parochialibus, C. n. 2.
 - 2 Et quidem non obstantibus exemptionibus, indulgentiis & privilegiis.
 - 3 Sumptum da sumpto nihil probas.
 - 4 Amplius licet primum fuerit legitimum extractum.
 - 5 Littera Apostolica solent in charta pergamena scribi.
 - 6 Littera Apostolica ex quibus non probentur originales.
 - 7 Joannes XXI. sedis in Cathedra D. Petri anno 1318.
 - 8 Ut scriptura informi fides sit tribuenda, exigitur observantia.
 - 9 Institutiones factae in beneficiis in vim praesentationum unioni repugnant.
 - 10 Testes ut probare possint immemorabilem, requirunt, quid habuerint etatem 54. annorum, dempto tempore morae litis, et n. 12.
 - 11 Quodque deponant de visu per quadraginta annos ante motam litem, et n. 12.
 - 12 Decretum irritans appositum in literis confirmatoris Sacri Concilii Tridentini inesse censetur cuilibet eius capitulo.
 - 13 Praedictum decretum irritans tollit quaecumque contrariam quasi possessionem, & observantiam.
 - 14 Simplex tractatus concordia non praedictat.
 - 15 Ad effectum transigendi super iuribus Ecclesiae exigitur iusta causa, & benedictum Apostolicum.

DECISIO II.

Occasione vacationis Parochialis Ecclesiae S. Euphrasie, orta inter Reverendissimum Riforma Archiepiscopum, & Sac. Religionem Divi Stephani Papae & Martyris contra verba super iure deputandi Oeconomum, caque per SS. D.N. commissa Sac. Congregationis Concilii definitiva cum voto nostri Auditorii, propositi dubium die 23. Junii 1692. ad quod spectet deputatio Oeconomi? Et cum tunc ex parte Archiepiscopi petita fuisset reformatoria ad probandum immemorabilem, seu centenariam quasi possessionem deputandi Oeconomos, visum fuit Dominis, suspensionem deputandi resolutione, respondere pro concessione remissionis, cuius vigore confecto deinceps voluminoso processu, & in actis exhibitio, abindeque citra defensoribus Sac. Religionis pluries ad novam causam disputationem moritis, eidemque subditi differentibus usque in praesens, repositus tandem hodie ad instantiam Reverendissimi Archiepiscopi praemissum dubium, & Domini respondendum, deputatum Oeconomi spectare ad Archiepiscopum.

Habet enim ipse intentionem deputandi Oeconomos Parochialibus vacantibus intra limites sua Dioecesis, fundatam in dispositione iuris communis, cap. Cum vos de offe. ordin. ubi Ostiens. sub num. 2. vers. idem tamen iuris est, et n. 5.

- 2 et num. 5. Butr. num. 7. Fagnan. num. 1. et 9. & magis specialiter in dispositione Sac. Concilii Trident. sess. 24. de reform. cap. 18. id iuris Episcopo tribuentis in Parochialibus etiam quomodolibet affectis vel reservatis, non obstantibus exemptionibus, indulgentiis, privilegiis, & aliis immunitatibus quibuscumque, ut illi inherendo notat Garz. de benef. part. 9. cap. 2. §. 1. num. 127. Paris. de resignat. lib. 8. §. 9. num. 77. Campanil. divers. iur. Canon. rubr. 7. cap. 6. sub num. 116. Barbof. de benef. cap. 22. num. 33. et seq. & nuper dictum fuit in Oveto. Parochialis 26. Junii 1693. §. Ea praesentibus, coram Reverendiss. D. Manuel nunc Episcopo Zanotem.

Non obstat, quod Parochialis, de qua agitur, unita sit Religioni, quia scilicet in quodam diplomate san. me. Alexandri III. sumpto alterius sumpti literarum san. mem. Jo. XXII. retrahitur inter membra, praepertinentias Monasterii S. Savini per san. mem. Pium IV. eidem Religioni uniti, quia, quidquid sit, an Concilium loco supra citato locum sibi vindicat in Parochialibus unitis, uno non probatur ex praefato diplomate san. mem. Alexandri III. tanquam sumpto de sumpto, san. mem. Alexandri III. tanquam sumpto, *Rot. dec. 781. nu. 10. coram Buratt. et dec. 185. nu. 5. par. 16. recent. tametiam aliis primum sumptum fore legitimum extractum, ut in decis. 459. et dec. 550. utrobique num. 2. cor. san. mem. Greg. XV.*

Non substat nec replicatio, quod littera sa. mem. Jo. XXII. sint originales, quia contrarium vincitur, tum ex eo, quod scripturae non sunt antiquo characterè, sed moderno, nec rursus in pergamena, sed in charta papyracea contra styllum Romanae Curiae, de quo Gen. de script. priv. lib. 2. tit. de lit. Apstol. nu. 23. tum etiam ex eo, quod carent consuetis subscriptionibus, ac signis, tam in calce, quam a tergo, nec non sigillis SS. Petri & Pauli in plumbo appensis cum cordulis rubei, & crocei coloris, ut per Rubuff. in praef. benef. tit. firma signanda, simplis. provis. part. 3. tit. Bull. nov. nu. 10. et seq. Foller. de cons. in verb. non viciatas nu. 1. Rot. dec. 677. in prin. et n. 1. coram Buratt. tum demum, quia oculis subiecta fidelibus specie non praesentunt eius antiquitatis, quam praesertim deberent à tempore Pontificatus eiusdem sa. me. Joannis XXII. citra, qui in beati Petri Cathedra sedit anno 1318.

Et quae certius, quia pro sisdem literis, non modo non adesset favorabilis observantia, quae requiritur ad effectum tribuendi fidem scripturis informibus, ut tradit Felin. in c. sicuti sub n. 33. vers. med. de sentent. et re iudic. Gratian. disp. 268. nu. 55. Paref. de edition. instrum. tit. 1. resolut. 3. §. 3. n. 56. et 330. Rot. dec. 224. num. 22. par. 6. recent. verum nil observantia proutis contraria, quia nimirum annis 1441. 1485. & 1494. Parochialis in lite versans ab Ordinario libere collata fuit, & ab anno 1522. usque in praesens ad praesentationem trium Familiarium Malcondinae Griffae, & Sarcascianae, cuiusmodi collationes, & institutiones unioni repugnant, iuxta consilium Federic. de sen. Rot. dec. 406. nu. 4. par. 16. dec. 31. n. 10. par. 18. dec. 135. n. 1. coram Peuting. & in Pampilonen. beneficii 15. Januarii 1687. §. Collationes coram me.

Minus probata fuit immemorabilis, seu centenaria deputacionum Oeconomorum pro parte Religionis, articulata ex viginti sex testibus super in vim Remissionis Rotalis examinatiss, nam ex illis tredecim, videlicet 2. 3. 4. 9. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. nihil omnino deponit de immemorabilis, seu centenaria, odo autem videlicet primus 5. 6. 7. 10. 13. 15. 17. & 18. vel absolute caret etate 54. annorum ad hunc effectum requisita iuxta vulgat. gloss. in cap. 1. verb. memoria de prescriptio. in 6. Rot. dec. 196. nu. 1. ibique addit. *lit. et coram san. mem. Gregor. XV. et dec. 370. nu. 1. coram Card. Celfo, vel faltem caret, dempto (prout debet) tempore motae litis, Rot. dec. 205. nu. 4. et 6. et dec. 434. n. 12. coram sa. me. Greg. XV. et dec. 248. sub n. 4. par. 2. recent. et alibi, & si aliquid desuper afferant, 12. desicienti attem in deponendo de visu per 40. annos ante motam litem, quod est unum de principalibus requisitis ad probandum immemorabilem, seu centenariam, Maref. vnt. resolut. lib. 2. cap. 100. sub n. 9. et 10. Rot. dec. 43. n. 2. par. 1. et dec. 153. n. 14. et seq. part. 11. recent. & quod plus est, 13. ex deductis pro parte Archiepiscopi, immemorabilis seu centenaria sit improbabilis quia nempe constat de tribus Oeconomorum deputacionibus Ecclesiae, de qua agitur, infra centum annos praeratis per Archiepiscopos, de annis nimirum 1599. 1633. & 1635.*

Et hanc ipsam resolutionem amplexi sunt Domini etiam quoad aliam Parochialem Ecclesiam SS. Hippolyti, & Caf-

fiani cuius vacatio contigit pendente lite, nam recurrit eadem assentientia juris communis, nec non specialis Sac. Conc. Trid. favore Archiepiscopi, Nec pariformiter exadverso regei valet immemorabilis seu centenaria, quoniam restibus fuit superius abundè responsum, & scripturae peculiariter in hac parte Religionis faventes, non sunt attendendae, quia incipiunt ab anno 1625. & sic longe infra centum annos existunt. Maximè stante decreto introito, in literis confirmatoris S. Conc. Trid. contentis, quod inesse censetur cuilibet ejus Capitulo, Gonzal. ad Reg. Cancelli. gl. 15. nu. 37. Rot. dec. 206. nu. 3. cor. Peuting. tollitque quaecumque contrariam quasi possessionem, & observantiam, ad text. in cap. si eo tempore de elect. in 6. Rot. dec. 139. nu. 14. & cor. sa. me. Alex. VIII. & in Colonien. jurisdictionis 17. Aprilis 1679. §. Nec suffragari, & 29. Martii 1680. §. Cum enim, S. Conc. coram bon. mem. Albergato.

Postremo non suffragatur scriptura quaedam ass. Concor. diae per Religionem initae cum clar. me. Card. de Ilcio Archiepiscopo antecessore, sive quia non est concordia, sed simplex tractatus, sive quia caret Beneficatio Apostolica 17 quod cum iusta causa requiritur ad effectum transigendi super iuribus Ecclesiae Clem. 1. de reb. Ecclesiae non alienat. Ex transig. ambrosia. eod. tit. Can. sine exceptio. 12. §. 2. Covarr. varian. resolut. lib. 2. cap. 17. n. 2. Rot. dec. 250. n. 1. et per tot. coram Durand. & in terminis concordiae super jurisdictione celebratae inter Episcopum Herbiolen. & Abbatem Fuldae, novissime dictum fuit in Herbiolen. rescissionis concordiae 4. Februarii 1692. §. Moti, & 22. Junii proxime transacti, §. Ceterum est, coram me.

Et ita decisum fuit, altera tantum.

REV. D. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomatus, super attentatis & mantutione.

Veneris 1. Julii 1695.

ARGUMENTUM.

A deputacione Oeconomi Parochialis vacanti, per ea, quae etiam notat Card. de Luc. in annor. ad S. Conc. d. 52. praesens decisio decidit, quodque attentata minime revocari peti valeant per eum, qui in ea quoque incidit, & adversus in sua possessione continuat.

- SUMMARIUM.
- 1 Qui continuat, non attentat.
 - 2 Praecipue si continuatio fuit sequuta per viam privata facultatis.
 - 3 A deputacione Oeconomi in Ecclesia Parochiali vacante, suspensio non datur appellativa.
 - 4 Inhibitorio ligas etiam impetrantem.
 - 5 Quis non potest petere attentata revocari, in qua et ipse incidit.
 - 6 Mantentio est tribuenda ei qui decet de antiquiori possessione.
 - 7 Possessor cum titulo est mantentendus.
 - 8 Decretum irritans inficit quaecumque contrariam possessionem.
 - 9 Et consequenter illa non tribuit mantentionem.

DECISIO III.

Aborante in extremis Dominico Nepetino Rectore Parochialis Ecclesiae S. Euphrasie, Reverendiss. Archiepiscopus die 6. Martii 1692. deputavit illi, quousque viveret, ac post ejus obitum, ipsius Ecclesiae, & populo in Oeconomum, seu Vicarium, Alexandrum Tamburinum, qui eadem de possessionem Oeconomatus apprehendit quoad ipsum Rectorem, praebendo illi Sacramentum extremae unctionis, explendoo commendationem ipsius animae, ac post ejus obitum eadem die de circa horam secundam noctis fecutum die 10. & 12. ejusdem, quoad ipsam Ecclesiam, & populum, exhibendo nonnullis infirmis in Parochia commorantibus Sacramentum Penitentiae. Contendens autem Sac. Religio Equitum Divi Stephani Papae, & Martyris, deputacionem Oeconomi Praefatae Parochialis Ecclesiae pro tempore vacanti faciendam, ad ferecipsam spectare, ad id munus non navit Jo. de Balestris, qui cum ad ejus exercitium admissus non fuerit per Archiepiscopum, ab ejusmodi non admisione appellavit ad Reverendissimum Nuntium Apostolicum Florentie residentem, & ab eo obtinuit conuertas literas inhibitoriales vigore appellacionis, tam Oeconomo per Archiepiscopum deputato, quam promotori fiscalis Sedis Archiepiscopalis perio-

personaliter præsentatas, ac successivè decretum revocationis quorumcumque actuum post præsentationem huiusmodi gestorum per Oeconomum Archiepiscopi ex capite attentatorum, unum cum condemnatione in panis in eisdem inhibitionibus contentis, & in expensis: A quo delatibus causa ad Curiam, quæ per S. D. N. commissæ Sac. Congreg. Concilii definienda cum voto Rotæ, dedit inter cetera dubium die 23. Junii 1692. An consistet de attentatis Super quo nulla ratio per Dominos capta fuit resolutio ob coactam Religioni remissioriam per ipsam super meritis petitam. Hinc cum ab humanis excessibus Jo. per Religionem Oeconomi deputatus, & illius heredes ob interesse pecuniarum versans, in effectibus, seu sequelis revocationis attentatorum, admitti petierit ad prosequendam instantiam desuper captam per eorum auctorem, ac interim supervenerit vacatio alterius Parochialis Ecclesiæ SS. Hippoliti, & Cassiani, visum fuit DD. dandum alterum dubium, An, & cui quæ sit danda manentio, tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasie, quam Ecclesiæ SS. Hippoliti, & Cassiani? Quo cum alio de quo supra, unio hodie per me propositio, responsum fuit non consistere de attentatis, & esse, vel fuisse, tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasie, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippoliti, & Cassiani, manentionem dandam Oeconomo deputato per Archiepiscopum.

Non constat siquidem de attentatis, tum quia Oeconomus Archiepiscopi in possessione Oeconomatus reperiebatur, anequam ipsi præsentarentur inhibitiones Nuntii, & sic Poritur in ea continuare extra vitium attentatorum; nam qui continuat, non attentat, gloss in cap. Non solum, §. Illa verò verb. redacturam de appellat. in 6. Surd. cons. 160. nu. 40. Rot. dec. 365. n. 1. coram Coccin. & dec. 10. n. 1. coram Merlin. Maxime quia continuavit per viam privata facultatis, non autem mediante aliquo facto Judicis, Rot. dec. 615. sub n. 3. vers. ultra quod, coram Cavalere, dec. 22. nu. 5. coram Priol. & dec. 343. n. 5. part. 4. rec. Tum etiam quia ab ejsmodi deputatione Oeconomi Ecclesiæ Parochialis vacanti ob periculum salutis animarum non datur appellatio suspensiva, Ricc. in praxim forensi. Eccles. par. 1. tit. praxi Episcoporum ref. 495. n. 3. Barbol. de offic. & potest. Episc. alleg. 60. n. 1. in fin. par. 3. Castropal. oper. mor. tom. 2. tract. 23. disp. 3. punct. 2. §. 1. n. 4. Tum demum quia in omni casum attentatis etiam Oeconomus Religionis immittendo sese actibus Oeconomatus Ecclesiæ post expeditas inhibitiones Nuntii; inhibito enim manus ligat: nedum inhibiti, verum etiam impetrantis, Rot. dec. 39. n. 3. coram Arguell. & dec. 12. sub nu. 1. coram Bich. Unde petere nequit attentata revocari, in qua & ipse incidit, Rot. dec. 91. nu. 5. coram Merlin.

Danda quoque est, vel fuit manentio Oeconomo Archiepiscopi, tam respectu Ecclesiæ S. Euphrasie, quam etiam respectu Ecclesiæ SS. Hippoliti, & Cassiani; nam quoad Ecclesiam S. Euphrasie, possessio Oeconomi Archiepiscopi est anterior, ac titulata, ex decisione super bono iure emanata, & sic ex utroque capite manentenda, ut de possessione anteriori, Posth. de manut. observ. 71. n. 1. & seq. Rot. dec. 223. nu. 19. & dec. 401. nu. 1. part. 19. recent. & de possessione titulata, idem Posth. de manut. observ. 71. n. 106. & plur. seq. Et quoad aliam SS. Hippoliti, & Cassiani, possessio, quod consistet de possessione, nam per decretum irritans contentum in Bulla confirmatoria Sac. Cong. Trid. irritans est Episcopis vis deputandi Vicarios seu Oeconomos Parochialibus vacantibus, infecta, & irrita remansit per Oeconomum Religionis, iuxta notam virtutem, & efficaciam decreti irritantis, ut per text. in cap. sub tempore de elect. in 6. Gabr. de clas. cons. 3. n. 31. Rot. dec. 149. n. 2. part. 2. divers. & dec. 312. nu. 39. part. 4. recent. & per consequens nullo pacto manentibilis, Loter. de re benef. lib. 2. §. 46. n. 63. & 1. §. 70. Vivian. de iure patron. part. 2. lib. 13. cap. 8. n. 172. Rota possipsum dec. 86. n. 41. Et ita & cetera tantum & c.

REVER. D. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomatus super iure & possessione deputandi Oeconomi.

Luna 12. Decembris 1695.

ARGUMENTUM.

Confirmat ea quæ circa facultatem Episcopi in deputatione Oeconomi in Ecclesia Parochiali vacante firmata fuerunt, undè argumentò minimè indiget.

- 1 Episcopus habet ius deputandi Oeconomos in Parochialibus vacantibus, licet esset Italia, & reservata.
- 2 Imperium Longobardorum desit in Italia anno 770.
- 3 Episcopus habet ius deputandi Oeconomos etiam in Parochialibus unitis.
- 4 Unio subiectiva & extensiva tituli, omnino tollit tam essentiam quam nomen, & titulum Ecclesiæ unitæ tamque redit membrum & prædium alterius cui facta est unio.
- 5 Nil magis repugnat unioni extensiva quam collatio.
- 6 In Ecclesia unita cum unione extensiva nec valet provideri de restitute, minime datur ratatio.
- 7 Testes ut probare valeant immemorabilem, exigunt, quod habeant aetatem 54. annorum.
- 8 Subductio tempore mota litis.
- 9 Et debent deponere de visu per annos quadraginta.
- 10 Immemorabilis excluditur etiam per auctorem actum in contrarium.
- 11 Imò etiam sufficit rumor adversativus.
- 12 Equites S. Stephani dicuntur solum impropositi Religiosi.
- 13 Instrumentum extractum ab Archivio publico probat etiam si in restrictione citata non fuerit pars.
- 14 Archivium Episcopi dicitur archivium publicum.
- 15 Deputatio Oeconomi facta in Ecclesia presens non tribuit possessionem deputandi Oeconomum in casu vacationis Ecclesiæ.
- 16 Actus præiudicialis Ecclesiæ non arguit, si non probetur scientia Episcopi.
- 17 Archivium non dicitur robur scripturarum informibus.
- 18 Ad hoc ut Episcopus sit manentendus in iure deputandi Oeconomos in Ecclesiis parochialibus, sufficit simplex iuris assensus.
- 19 Possessio non suffragatur per petitorium clarè resistit.
- 20 Decretum irritans inficit quemcumque titulum, & contrarium observantiam.
- 21 Manentio datur possidenti etiam adversus clausulam sublatam, & decretum irritans, quoniam decoretur intrinsece clausulam, & decretum.
- 22 Sed si factum decoretur, manentio denegatur.

DECISIO IV.

Postulante Sac. Religione Ordinis Militaris Divi Stephani Pape, & Martyris, iterum audiri adversus decisionem editam in petitorio coram me prima Iulii proxime præteriti, informantem solum Reverendissimo Archiepiscopo, unaque cum dubio boni iuris disputantis etiam alterum in sum maritimo Possessore manutionis sui, per quasi possessione deputandi Oeconomi in Ecclesiis S. Euphrasie, ac SS. Hippoliti, & Cassiani; placuit Dominis eius votis benigne annuere, subscriptoque à me notando, utrumque complectente, responsum fuit hodie, standum in decisiis, & concedendam esse manutionem Archiepiscopo.

Consistit enim de illius bono iure, nedum ex clara dispositione text. in cap. cum res de Offic. Ordin. ubi Officent. sub nu. 2. vers. idem tamen iuris, & nu. 5. Butt. nu. 7. Fagnan. nu. 1. & 9. verum etiam ex dispositione Sac. Cong. Trid. sess. 24. de Reform. n. 18. literaliter loquente de Parochialibus etiam quomodolibet affectis, seu reservatis, non obstantibus quocumque privilegio, exemptione, vel indulto etiam ad favorem S. R. E. Cardinalium, five Ecclesiæ vacant in mense Apostolico, five sint de iure patronatus laicorum, prout ultra relatò in præterita decisione, late expendunt Ventrilig. in prax. for. Eccles. p. 1. annot. 200. §. 2. sub nu. 15. Gernon. de indult. Car. §. Quibusvis sub n. 45. cum seqq. Pignatell. consulti. canon. lib. 7. con. lib. 8. n. 16.

Nec iterum obflare visa fuit unio Ecclesiæ, de quibus agitur, facta Religioni, ubi iustificari contenditur ex Bulla fa. me. Alexandri III. contenta in altera fa. me. Joannis XXII. cuius sumptum nuper extractum fuit ex registro originali existente in Archivio Vaticano; quia quiddam sit de identitate Ecclesiæ enunciatum in dd. Bullis, cum aliis modo controversis, ac signanter Ecclesiæ S. Euphrasie, quæ dicitur extitisse de tempore fundationis Abbatis S. Savini erectæ sub Carolo Rege Longobardorum, summ. Religioni non. 1. in prim. quorum imperium desit in Italia circa tempora Adriani primi Summi Pontificis, & Caroli Magni Imperatoris, anno salutis 770. ut refert Anonymus in Fastis temporum fol. 47. & habetur in Epitome Regum Galliarum in press. Lugdun. 1546. in Vita Caroli Magni fol. 68. cum altera sub titulo pariter S. Euphrasie fundata anno 124. per

per Card. Chrysozonum de Malcondinis, ut inquit Troncius in Hist. Episc. fol. 58. verb. Chrysozonum Malcondini, & adnotatum legitur in libris Ecclesiæ compulsatis per Religionem, & an dispositio Sac. Cong. locum huius vindicet etiam quoad Parochiales unitas, prout de mente Sac. Congregationis Eminentissimorum Dominorum ipsius interpretum tuetur Aldan. in compend. Can. resol. lib. 2. tit. 5. nu. 5. ubi de Ecclesiis unitis Religioni Hierolomitane.

Dominus animadvertent, non urgere obiectum, ex eo quod, si qua forsitan ex dd. Bullis probata dici possent unio Religioni, & an probatur subiectiva, & extensiva tituli, cuius natura est omnino tollere tam essentiam, quam nomen, & titulum Ecclesiæ unitæ, eamque reddere membrum; & prædium alterius, cui facta fuit unio, ad notata per Gonzal. ad regul. 8. sess. 5. §. 7. n. 2. Garz. de benef. part. 12. c. 2. & seqq. Ad den. ad Greg. dec. 112. n. 5. & dixit Rota in Tarracoen. Prioratus 16. Februarii 1674. §. Nec in contrarium, coram me; sed solum annexiva fructuum, retento themate antiqui iurisdictionis, ut plene constat ex provisionibus in titulum de Rectoribus perpetuis, atque ex collationibus annorum 1445. 1485. & 1494. per Ordinarium expletis iure devolutò, totidemque presentationibus factis per illos de Malcondinis heredes fundatoris, & successivè per Griffos, & Sanctafelanos eorum donatarios nihil enim magis repugnat unioni extinctivæ, quàm collatio ad firmata per Rot. dec. 77. nu. 4. dec. 112. nu. 1. coram Gregor. dec. 179. nu. 4. coram Alexandro VIII. & in dicta Tarracoen. Prioratus 16. Februarii 1674. §. Nec in contrarium, coram me.

Nec subiliter replicatio, quod institutiones peractæ fuerint ab Ordinario ex falso supposito perennitate iurisdictionis ad Griffos, & Sanctafelanos, cui postmodum Griffi solemniter renuntiavit in transactione inita anno 1568. adlita ratione, quod Ecclesiæ S. Euphrasie spectabat ad Monasterium S. Savini unitum Religioni, cum eisdem num. 5. quoniam ex narrativa ipsius transactionis destruitur præsentia unio extinctiva tituli, aliaque adstruitur annexiva solum fructuum, ex eo, quod exprimitur Monasterium fuisse patronum dictatum Ecclesiæ, iisque vacantibus consuevit presentare Rectores, quod de directo pugnat cum unione extinctiva tituli, in qua nec Ecclesiæ providentur de Rectore, nec datur vacatio, ad notat. per Rot. dec. 177. nu. 4. coram san. mem. Greg. XV.

Minus etiam urget immemorabilis, five centenaria quasi possessio iuris deputandi Oeconomi, adducta per informantes pro Religione, quia ex viginti sex testibus ad eam probandam examinatis, eorum aliqui nihil omnino de illa deponunt, alii verò earent aetate 54. annorum requisita per gloss. in cap. 1. verb. memor. de præscrip. in 6. subducto per Rotam dec. 205. nu. 4. & 6. & dec. 434. n. 12. coram san. mem. Gregor. XV. Nec referunt quoad Ecclesiam S. Euphrasie illos actus particularem deputationem facturam à Religione per integrum spatium 40. annorum; & quod plus est, convincunt mendaces ex tribus deputationibus anni 1599. 1633. 1655. allegatis pro Archiepiscopo, ex quibus ea rediit improbabilis pro Religione, ad cuius exclusionem unicus etiam actus sufficeret, ad not. per Rot. dec. 24. n. 34. & seqq. part. 10. recent. Imò etiam rumor in contrarium ex adducto per Marefco. var. resol. lib. 2. cap. 190. nu. 20. Gratian. disp. 11. 918. nu. 59. Rot. dec. 159. nu. 6. cum seqq. cor. Alex. VIII. dec. 153. nu. 17. part. 1. recent. & in Tarracoen. iurisdictionis 19. Junii 1673. §. Equè facilius coram me.

Non obstat, quod ex instrumentis deputationum non constat Oeconomi deputatos fuisse per Archiepiscopum quia quod illi deputati fuerint ab eo, satis patet ex hoc ipso, quod deputationes registratæ fuerint in actis Curie Archiepiscopalis, neque ulla in contrarium datur probatio, quod fuerint deputati per Religionem, ex cuius libris nulla per eam ostenditur facta deputatio, & signanter (prout hic) iuris assensus favens Ordinario, resistit ordini militari composito, ex uxoratis, & bigamis, qui solum in proprio dicuntur Religiosi ad tradita per Rotam coram Seraph. dec. 587. n. 1.

Prout nec etiam suffragatur, quod instrumenta deputationum non probent, tamquam extracta sine citatione partis, & compulsoria Rotali; quoniam obiectum cessat in facto, ex quo constat, quod deputatio anni 1599. compulsoria fuit ab ipsa Religione, ut legitur in processu compulsoriali fol. 123. o. alia verò anni 1633. & 1655. extracta fuerunt ex libris Ecclesiæ ab eadem Religione transportatis ad urbem; neque subsistit in iure, ubi (prout hic) extractio

facta fuit ab Archivio publico, Ad den. ad Pamphil. dec. 102. sub n. 10. Bich. dec. 1. §. 4. n. 4. & in recent. dec. 172. n. 21. 157. quale proculdubio est Archivium Episcopi, ex adducto per Ad den. ad Baratt. dec. 667. n. 15. ad Pamphil. dec. 402. sub 14. n. 1. Rot. dec. 246. n. 17. cor. Bich.

Atque ex his non relevant actus in contrarium cumlati pro Religione; non quidem deputationes Oeconomorum quoad Ecclesiam SS. Hippoliti, & Cassiani, quoniam illæ incipiunt solum ab anno 1625. ideoque ex his adstrui non valet asserta centenaria, five immemorabilis per eam præsentia; minus etiam alii quoad Ecclesiam S. Euphrasie, quia plures relatò sum. n. 1. n. 10. 12. respiciunt solum exercitium iurisdictionis per modum emendationis, & mulctæ adversus subditos delinquentes; geminè verò de deputationes Oeconomorum, quæ referuntur, explete anni 1583. & 1653. peractæ fuerunt de tempore, quo Ecclesiæ reperiebatur provisa de rectore, ubi iustificatum fuit in facto, & consequenter etiam ex illis nulla resultat quasi possessio iuris deputandi quoad Ecclesiam vacantes, ad tradit. per Rot. dec. 290. n. 1. & per 101. 7. 7. rec. & quod plus est, secunda peracta fuit absente cla. me. Card. de Ildio Archiepiscopo, tunc munus Apostolici Nunciati obeunte apud Sac. Casarem Majestatem, quæ propterea non præiudicat, præsertim non probata illius scientia, & acquiescentia explicita, & indubitata; ad Text. in l. de transact. Rota dec. 889. n. 6. seqq. coram Ibrat. & in Meleviana Fideicommissorum 5. Julii 1671. §. Non subsistit, coram me.

Neque in contrarium quidquam profert tractatus, five scriptura concordie inter Archiepiscopum, & Religionem ineunda anno 1641. ubi asseritur, hanc existere in quasi possessione juris deputandi Oeconomi ad Ecclesias vacantes, quia scriptura, five tractatus non fuit scriptus per Archiepiscopum, neque per eum acceptatus, sed fuit simplex propositio transactionis facta per consilium Religionis ad disimendas controversias tunc etiam vigentes; nec probat enunciata, tametsi requisita fuerint in Archivio, quod non dat robur scripturis informibus, ad tradit. per Rotam dec. 41. p. 1. cor. Capatunc. dec. 1867. n. 7. & seqq. coram Coccin. & dec. 453. n. 3. p. 18. rec.

Constituto autem ex præmissis de bono iure Archiepiscopi, ipsi quoque concedenda visa fuit manentio, ad quem effectum sufficeret sola iuris assensus absque ulteriori probatione possessionis, ad Textum in cap. cum persona de privill. in 6. Rota dec. 306. p. 1. & dec. 201. p. 2. cor. Capatunc. dec. 145. n. 6. p. 2. div. & dec. 655. sub n. 2. & per tot. par. 3. rec. Non obstante contraria possessione Religionis, & natura summatissimi iudicii manutionis, quoniam possessio reddiit turbida ex superioribus deductis, & possessorem absorbentem a petitorio ad firm. per Rotam dec. 167. sub nu. 19. §. 10. p. 2. divers. & dec. 198. nu. 9. coram Duno. Jun. accedente præsertim clausula, sublatam, & decretum irritans, contentis in Bulla confirmatoria Sac. Concilii; quæ inficiunt quocumque titulum, & contrariam observantiam, ad Text. in cap. suo tempore de elect. in 6. & not. per Loter. de re benef. lib. 2. quæst. 46. nu. 63. 64. & 70. Vivian. de iure patron. p. 2. lib. 13. cap. 8. nu. 172. Rota dec. 206. n. 2. & seqq. coram Peuring. & dec. 139. nu. 14. & 15. coram san. mem. Alexandro VIII.

Denique nec officit, quod manentio datur possidenti etiam adversus clausulam, sublatam, & decretum irritans, quousque decoretur intrare clausulam, et decretum, quia exclusio unione extinctiva, atque immemorabilis iurisdictionis remanet illa intrare, ex adductis per Rot. dec. 134. n. 3. coram bo. me. Coccino. Et ita etc. Utraque, etc.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Pisana Oeconomorum super Attentatis, et Manutione.

Luna 13. Decembris 1694.

ARGUMENTUM.

Approbantur superioribus enucleata, quoad denegationem revocationis attentatorum propter emissam deputationem Oeconomi.

S U M M A R I U M.

- 1 Qui continuat, non attentat.
- 2 Limitatur, quoties possessio sit turbida, et nulla.
- 3 A deputatione Oeconomi in Ecclesia Parochiali vacante non datur suspensio appellatio, & n. 4.

- 4 *Postulatio anterior est manutenenda.*
- 5 *Præcipit, si bonum in possessionem assistat.*
- 6 *Postulatio capta contra dispositionem Sacri Concilii Tridentini non est manutenenda.*

DECISIO V.

In sequela decisionis hodie pariter editæ coram me fu. per bono iure, & manutenente Reverendis Archiepiscopis in quibus possessione deputati Oeconomus Ecclesiarum Parochialibus S. Euphrasie ac SS. Hippolyti, & Cassiani adversus Sac. Religionem D. Stephani Pape, & Martyris sibi merito illud asserere contentendit, visum quoque fuit Dominis standum in decisiis de prima Julii proxime præteriti super arreotatis, & manutenente Oeconomorum, ab eodem deputatorum, adversus alios deputatos à Religionem.

Non enim subsistere visa fuerunt attentata per eam præsentia ob executionem Oeconomatus peractum ab Alexandro de Tamburinis Oeconomus Archiepiscopii quoad Ecclesiam S. Euphrasie, postquam illi die 12. Martii 1691. personaliter præsentata fuerat inhibito Reverendiss. Nunciis Apost. Florentia residentis ad instantiam Jode Balesis Oeconomi Religionis: quia de tempore præsentata inhibitionis Alexandro reperiebatur in pacifica possessione Oeconomatus, quam præcedenter adeptus sub die 6. eiusdem mensis, præbendo Sacramentum ex tremæ Unionis Dominico Nepesino Parocho ipsiusmet Ecclesie in extremitate laboranti, & successivo post eius obitum secutum circa primam horam noctis tumulando illius cadaver, aliisque infirmis in Parochia degentibus administrando Sacramentum Pœnitentiæ; ideoque continuando eius possessionem non dicitur attentata, iuxta vulgatam regulam, qui continuat, non attentat de qua gloss. in cap. non solam, §. illa verò verba reducendum de appellat. in 6. Surd. conf. 160. n. 40. Rot. decif. 14. n. 13. coram Cell. dec. 3. n. 6. & 17. & decif. 383. cor. Bich.

Non obstat quòd regula ista non procedat, quando possessio redditur turbida, & nulla, qualis in hoc casu reddi prætendebatur possessio Alexandri ex anteriori possessione Antonii de Carlinis Oeconomi Religionis, qui secuto obitu Dominici statim illam dicebatur apprehendisse, consistendo inventarium bonorum Ecclesie, eiusque claves immutando; quòdque nec minus locum habere poterat, ubi, ut hic, Inhibito respiciebat ipsummet exercitum Oeconomatus. Quia possessio Antonii non probatur anterior possessione Alexandri, qui (ut præmissum est) illam adeptus fuerat vivere adhuc Dominico, eidem administrando Sacramentum extremæ Unionis, explorando quoque commendationem ipsius animæ, nec probata relevaret, tanquam capta à persona inhabili ad exercitum curæ animarum, ut recognovit ipsamet Religio que sub die 12. eiusdem mensis in eius locum subrogavit Jode Balesis in inhibito verò per ipsum obrenata, expedita fuit vigore appellacionis ab eo interpositæ ad versus denegatam sibi met ipsi admissionem ad possessionem Oeconomatus, & non inficit præcedentem alterius possessionem, ad versus quam non admittitur appellatio suspensiva, non subsistente, quòd saltem admittatur à gravaminibus illi sitis per Archiepiscopum, quia nec ab istis admittitur huiusmodi appellatio propter imminens periculum salutis animarum, ad tradita per Ricc. in prax. for. Eccles. p. 1. tit. prax. episc. i. resol. 495. n. 3. Barbof. de offic. & potest. Episc. alleg. 60. n. 1. in fin. p. 3. Castrop. oper. moral. to. 2. r. 13. disp. 3. punct. §. 1. n. 4. Eoque minus ubi (prout hic) per Sac. Concilii circumscripta fuerunt omnia acta coram Nuncio Apost. ex hoc enim magis firma remanet possessio Alexandri, ac si nunquam adversus ipsum expedita fuisset inhibito.

Atque ex his etiam Domini censuerunt concedendam esse manutenentem Oeconomi deputatis ab Archiepiscopo quoad utramque Parochiam. Quoniam ad illam S. Euphrasie. Oeconomus Archiepiscopii docet, ut supra, de anteriori ipsius possessione, propter quam illi concedenda venit manutenentio, ad Text. in cap. licet causam 9. de præb. b. Posth. de manut. observ. 16. n. 1. & segg. Rot. dec. 223. n. 19. & dec. 401. num. 1. p. 19. rec. Accedente præsertim tit. bonis juris, ex adductis in altera decif. hodie pariter à me desuper extensa, Posth. de manut. d. observ. 71. n. 42. 105. & 117. Rot. decif. 150. n. 21. p. 16. & decif. 240. n. 6. p. 19. rec. Quo verò ad aliam SS. Hippolyti, & Cassiani, constat quoque de illius possessione, non obstante contraria possessione adepta per Oeconomum Religionis, quoniam ista reman-

et irrita, & inanis ob resistentiam Sac. Conc. quòd eam vitiat, reddique non manutenentem iuxta noram virtutem decreti irritantis appositi in bulla eius confirmatoria, & not. per Lotter. de r. benef. lib. 2. q. 46. n. 63. 64. 70. Viv. de iurapr. p. 2. lib. 13. c. 8. n. 172. Rot. dec. 206. n. 2. & segg. cor. Peuting. & dec. 139. n. 14. & 15. cor. fa. me. Alex. VIII.

Votum Sacr. Rotæ.

Rotæ est in Voto, deputacionem Oeconomi spectare ad Archiepiscopum, eique concedendam esse manutenentio, nem: Et non constare de attentatis, ac esse vel fuisse tam respectu Ecclesie S. Euphrasie, quam etiam respectu Ecclesie SS. Hippolyti, & Cassiani, dandam manutenentem Oeconomi per eundem Archiepiscopum deputato, ex rationibus deductis in supra scriptis decisionibus.

Jacobus Emerix Sac. Rot. Decanus.

R. P. D. P. I. O.

Ferrariensis Canoniceus.

Mess. 5. Martii 1698.

ARGUMENTUM.

Agitur, an renunciatio ob ingressum in religionem habitu nondum suscepto subiacet solemnitatibus volitis per Sacrum Concilium Tridentinum, & an renunciatio re-solvatur, si renunciatio professionem non emittat, licet agatur de renunciacione beneficiorum, in ampliacione dist. 40. Card. de Luca in annot. ad Sac. Cons. Trid.

SUMMARIUM.

- 1 **R**enunciatio facta inchoato ingressu in Religionem irrita reputatur, si professio non emittatur.
- 2 **R**enunciatio facta habito nondum suscepto, inchoato tamen Religione ingressu, subiacet solemnitatibus volitis per Sacrum Concilium Tridentinum.
- 3 **C**ontrarium tenent alii.
- 4 **R**edditur ratio huius secundæ opinionis.
- 5 **E**aque admittitur, quæ renuncians adhuc in saulo se & capiti rati non se subicit.
- 6 **S**ed si inter seipsum Canonicum renunciatio fuerit emissa, & postquam renuncians mediante capillorum abrasione declaravit velle profiteri.
- 7 **E**tiam si adhuc laicalem vestem non deposuerit, n. 8.
- 8 **R**atio capitis est temporalium omnium depositio, & per se habet significationem, ut omnis fucus sicutunque ornamentum à vita religiosa amputari debeat.
- 9 **O**lim novitium solum explorato tyrocini tempore habitum monasticum induebant.
- 10 **R**esignatio seu renunciatio dimitti debet non à stipulatione mandati, sed ab ipso actu præstiti formalis consensus.
- 11 **R**enunciatio facta à novitio non servatis solemnitatibus Concilii, irrita reputatur.
- 12 **R**enunciatio facta ab eo qui vult ingredi Religionem non aliter intelligitur effectum sortiri, nisi professione sequenti.
- 13 **A**d id ut si professio non sequatur, renunciatio sit omnibus bonis reintegranda.
- 14 **E**tiam si in renunciacione nulla habita fuerit mentio de ingressu in Religionem, si futuri ingressus contemplatio aliunde desumatur.
- 15 **E**t licet renunciatio renunciacionem expleverit, dum adhuc in saulo maneat.
- 16 **C**onclusio de qua n. 12. locum non obtinet in renunciacione beneficiorum.
- 17 **C**ontrarium est verum.
- 18 **R**edditur ratio huius sententiæ, & n. 19.
- 19 **I**llaque vincitur ab objectis contrarium sententiam.
- 20 **R**enunciatio facta ab eo qui ingredi intendit religionem, irrita reputatur, si non sequatur professio, etiam si renunciatio voluisset liberè, et pure renunciare.
- 21 **E**oque magis, si renunciatio pauper sit.

DECISIO VI.

Domini ferò animadvertentes, quòd renunciatio contravenit Canonice nulliter facta fuit ob non servatas solemnitates à S. Concilio Tridentino præscriptas, vel saltem irrita & irresoluta remanet ob non emissam ab ipso Jacobo Antonio Professionem, ut in scilicet 25. c. 16. de r.

regular, ubi aperte statuitur quòd nulla quoque renunciatio, aut obligatio, &c. valent, nisi cum licentia Episcopi, sine eius Vicarii, sed intra duos menses, præteritos ante professionem, & non aliam intelligatur effectum sortiri, nisi secuta professione. Quomodum existimatur die 1. Julii anni præteriti, & rursus 10. Januarii, ipso solum Jacobo Antonio Actore informante, eidem integritatem esse decernendam, ita quoque auditò hodie Francisco reo convento non dubitatur prædictas resolutiones approbare.

Siquidem respectu nullitatis renunciacionis, quavis non exilis in jure fit controversia, nam qui habitu nondum suscepto renuntiat, intuitu tamen Religionis ingredienda, solemnitates Concilii servare teneatur, in qua affirmativam opinionem tuerent Eman. Sà in Summ. verb. Religio, 2. Less. de iust. & iur. lib. 2. c. 41. n. 39. Navar. conf. 81. & 82. de regul. lib. 2. Paris. de resignat. lib. 3. q. 12. nu. 9. qui refert iuxta hanc opinionem fuisse resignatum per S. Congregationem, Zaccb. de reg. Eccles. tit. de regular. c. 3. n. 10. Royas in Epitom. success. c. 7. n. 30. Azor. in iust. moral. p. 1. lib. 13. c. 9. q. 2. Rodriq. q. regul. q. 45. art. 8. Lopez. de contract. lib. 2. c. 39. notab. §. Spin. in specul. resam. glof. 12. n. 50. Paul. Fuch. de visit. Eccles. lib. 2. c. 18. n. 37. Marc. Antonin. var. resol. lib. 1. resolut. cas. 42. Sanch. in sum. to. 2. lib. 7. c. 5. n. 3. Laym. theol. moral. lib. 3. tract. 5. c. 7. nu. 7. Cancr. var. resol. lib. 2. cap. 8. n. 81.

Negativam verò tanquam magis communem propugnât Mandos. conf. 22. n. 8. Vegg. in sum. p. 2. c. 91. cas. 4. Coll. de re-mend. subjid. remed. 85. in fin. Valac. de parit. c. 16. n. 22. Faust. in Theol. relig. q. 83. n. 2. Vecch. in prax. novit. disp. 8. dub. 8. n. 4. Grat. dec. 37. ubi refert resol. 5. Palliarell. in compend. min. c. 37. Zanard. p. 3. dist. c. 17. var. 1. §. si sit, Pasqual. q. moral. can. q. 273. n. 3. Portell. in dub. regl. verb. Novitium, n. 41. Quarant. de potest. Episc. c. 20. §. 7. n. 7. Villalob. in sum. rom. 1. r. 55. differ. 17. n. 4. Marc. de success. legat. p. 3. q. 13. art. 1. sub num. 13. Theaur. q. forens. lib. 2. quæst. 56. nu. 8. Garz. de benef. p. 11. c. 9. n. 15. Episc. Marant. ref. 3. & 29. n. 4. de Marin. resol. quæst. c. 166. in fin. Altrad. conf. 33. n. 9. lib. 1. & sequitur Rot. in bono. renunciacionis to. Martii 1693. §. negotio cor. me. confirmata 3. Aprilis 1693. Cuius negativa sententia ea videtur esse positima ratio, quia nimirum S. Concilium dirigit eius dispositionem in novitios, illoque, qui iam per formalem ingressum ab effectiva susceptione habitus regularis sunt verè Religiosi, & proinde non comprehendit adhuc existentes in saulo, licet ad renunciacionem emittendam occasione proximi ingressus in Religionem impellantur, ut præter adductos firmant Gratian. disp. 5. 68. nu. 18. & segg. Cardinal. de Luca de regul. disc. 78. nu. 7. Barbof. de iur. Eccles. lib. 2. cap. 12. nu. 775. Manf. consulti. 302. ex num. 42. & segg. Ventrig. in prax. p. 1. annot. 46. & §. n. 7. Fagnan. in cap. statutus, n. 42. de regul. & respondit Rota dec. 91. n. 6. & segg. coram Royas & dec. 370. n. 5. & cor. Duran. decif. 121. n. 33. & 37. & cor. Duno. decif. 676. n. 33. & segg. & decif. 968. n. 7. in rec. decif. 587. n. 9. p. 4. to. 2. & dec. 85. n. 9. p. 17.

Nihilominus admittit etiam huiusmodi negativæ sententiæ, tamquam frequentiori Doctorum calculo roborata, & auctoritate nostri Tribunalis suffulta; adhuc tamen eadem inapplicabilis via est in concreto præsentis casus, sive tempore concepti mandati ad resignandum attendatur, sive verò incipiatur actus ipse præstiti consensus in Dataria.

Et sanè si attendatur tempus mandati; liquido constat illud stipulatum fuisse non in saulo, & Cosmo in laicali capillitio existente, ut erant casus auctorum in objecto allegatorum, & præsertim Altrad. in d. conf. 35. n. 2. sed eodem inter septa Cœnobii degente, prævio decreto admissio-nis ad ingressum factum 3. Aprilis 1695. & postquam prævio altero decreto acceptato ad habitum sub die 22. eiusdem mensis, capitis etiam ratione in formam Coronæ Monastice tenaci proposito Regularibus institutis nomen daret stabiliverat, adeòque evites dijudicandus professio non veniat ut secularis, sed potius tanquam verè novitius, qui ereptus de procello saulo pelago, comam velut in sacrificium deposuerit, ut hoc ritu transiret in familiam Domini, quod capillorum abrasione voluit profiteri, iuxta eruditè notata per Benedic. Hæfflen. disquis. Monast. lib. 5. tract. 9. disquis. n. 6. cum segg. nam, ut inquit Text. in cap. duo sunt 3. q. 1. quem ad propositum refert Hebrid. à Mandelhelin. an. riq. Monast. episc. 60. §. Habes ergo, tasio significat, ut omnis fucus, sicutumque ornamentum à vita reliqua imputari debeat, iuxta etiam perpendit Bivar. de veter. Mirac. lib. 2. cap. 10. numer. 6. & eleganter Tomasin. de benef. tom. 1. lib. 2. c. 38. n. 7. non obstante, quòd Cosmus adhuc veltes Cleri-

cales non exuerit, quia non repugnat, ut novitius probeatur etiam in veste seculari, antequam habitu, & tonsura Monastica donetur, advertunt Pellizari. in manual. to. 1. r. 2. c. 1. n. 2. Emanuel. Gonzal. in cap. Super eo, n. 5. de regul. ubi addit, quòd olim novitium solum explorato tyrocini tempore habitum Monasticum induebat, quòd item adnotat Thomasin. ubi supra to. 1. lib. 3. c. 16. n. 9.

Potissimum verò, quia qualitas viri novitius in Cosmo aderat de tempore præstiti consensus in Dataria; ipse enim expressè præcepit d. mandatum procurat. tunc solum Romam transmitti, quando certe constaret de ad professionis vota esse admittendum, quòd interim clausum, & sigillatum in manibus Hærculesi, de quo plurimum confidat, voluit consignari, prout servatum fuit; si enim resignatio, seu renunciatio dimitti debet non à stipulatione mandati, sed ab ipso actu præstiti formalis consensus, ut probant Paris. de resignat. lib. 6. q. 8. n. 41. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 16. n. 54. Toudut. q. benef. p. 3. c. 188. n. 4. & dixit Rot. coram Cell. dec. 191. n. 13. & per id temporis Cosmus jam suscepit habitum Religionis, inde efficitur, quòd erat oblitiscus solemnitates Concilii servatis, ita ut his non servatis renunciatio minus valida debeat reputari iuxta litteram ejusdem Concilii, quam latè expendunt Cavall. com. 11. man. contra commun. q. 806. n. 14. p. 3. Lezan. in sum. q. regul. p. 1. in aphorismo Episc. verbo professio n. 3. Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 99. Cutell. de anat. disc. 2. in 3. part. nu. 153. Grat. disp. 975. n. 31. Marant. resp. 3. n. 13. part. 41.

Ex his igitur firmato, debitam esse reintegracionem Cosmo ad renunciacionem in origine nullam, & inefficacem pro abdicacione Canoniceus, & certis Domini censuerunt eandem etiam ex alio capite esse concedendam nimirum non secuto professionis; in sessione edita S. Concilii superius recentita literaliter præscribitur, quòd renunciatio, non aliter intelligatur effectum sortiri, nisi professione secuta, cumque eadem emissa à Cosmo non fuerit, utique renunciatio ipso iure evanuit tamquam non impleto sine facta Synodo expressè voluit, & renunciacionis reintegrandus vult omnibus bonis, quibus intuitu emittenda professionis esse spoliaverat, ut plene firmatur in Romana resolutionis doris 16. Januarii 1696. cor. R. P. D. meo Olmo, cum alibi abundè enumeratis in præcedentibus huius Congregacionis huiusmodi editis; quos licet non tenentur in renunciacione nulla profus habita fuerit mentio de ingressu in Religionem; fat enim quippe est, quòd futuri ingressus contemplatio de sumi vultur ex circumstantiis præponderatis, iunctis aliis diligentiis per Cosmum adhibitis, n. eius autem ingrediendi in Religionem innotesceret Datarie; & sic reiceperit acceptatio hæc renunciacionis, prout ex Bottiller. de success. ac aliis pluribus, probat prior mea decifio, §. Futuri autem.

Quæ ingressus contemplatio ad effectum reputatur ad resignandam resignacionem ob professione non sequutam, ut etiam si resignans fuisset in saulo, dum resignacionis actum explevit, adhuc intrare censura Conciliaris in ea parte, qua decernit renunciaciones non intelligi effectum sortiri, nisi secuta professione, quoniam licet in illa questione, an renunciaciones factæ in saulo contemplacione ingressus subiacent dispositioni Concilii, verior sit opinio negativa, ut superius prædictum est; attamen id procedit in ordine ad vitandas solemnitates ab eodem Concilio præscriptas, nempe ut non requiratur licentia Episcopi, seu Vicarii, nec quòd renunciatio fieri debeat intra duos menses proximos ante professionem, non autem procedit in ordine ad vitandum suspensionem renunciacionis, donec, & quoque sequatur professio qua non fequata, certum est evanescere renunciacionem, & bona esse restituentia renuntiant, ut distinguendo probat Ventrig. in prax. p. 1. annot. 46. §. unico n. 13.

Abique coquòd obitare, valuerit, quòd censura Cont. Trid. cum qua respectu utriusque eius partis proceditur in bonis temporalibus, non extendatur ad casum præsentem, ex quo agitur de Beneficio Ecclesiastico, prout probare conabatur scribentes pro mafario; quoniam quidquid autumaverit Garz. de benef. p. 11. c. 9. n. 12. & segg. cum quo transevit Castropal. oper. moral. to. 2. r. 13. disp. 6. §. 3. n. 15. Rodriq. in sum. q. regul. p. 2. c. 6. n. 2. Antonell. de regim. Eccles. lib. 7. c. 2. n. 6. Barbof. de Episc. alleg. 99. n. 19. Murg. de benef. q. 2. n. 1062. Corad. in praxi dispensat. Apostol. lib. 6. c. 2. n. 23. Caruf. in silv. terminor. arbor. 11. n. 22. & segg. probatis, tam in consulendo, quam in iudicando communior inole.

inolevit opinio, ut subinde finita illa oratione, nulla quoque renunciatio, atque obligatio, comprehendatur etiam renunciatio beneficiorum, ut præter adductos in prima decis. ex profecto docent Majul. *de irregular. lib. 3. c. 6. pag. 17. no. 1.* Azor. *instr. moral. p. 2. lib. 7. c. 228. 6.* Miran. *in manual. to. 1. q. 23. art. 5.* Marc. Antonin. *var. resol. c. 112. n. 62.* Novar. *in Lucern. regul. verb. renunciatio n. 8.* Suar. *de Relig. to. 3. lib. 5. c. 16. n. 12.* Venet. *in exam. Episc. lib. 6. c. 15. n. 23.* Zeval. *in prax. Episc. p. 1. verb. Monarc. §. ult. Antonell. de regim. Eccles. lib. 7. c. 8. n. 8. vers. contrarium, Pellizzar. in manual. tom. 1. tr. 2. c. 9. nu. 19. §. seq. Donat. in prax. regul. tom. 2. tract. 7. de bonis novit. q. 17. per tot. Laym. *Theol. moral. lib. 3. tr. 5. c. 7. q. 3. n. 6.* Tamb. *de jur. Abb. tom. 3. disp. 6. q. 10. n. 3.* Barthol. parum sibi constans in prima opinione, de *jur. Eccles. lib. 1. c. 42. n. 233.* Campanil. *divers. jur. Canonie. rubr. 2. c. 3. n. 10.* Jo. Bapt. Coita *de retrotract. c. 9. cas. 3. n. 27.* Bartholom. à S. Fausto *de stat. relig. lib. 5. q. 181.* Alex. Peregr. *in communi. ad cons. Cler. regul. 2. c. 1. lit. G. §. 1.* Alphons. de Leon. *de offic. Cappell. q. 4. prag. 1. n. 82.* Bartholom. de Vacch. *observ. in admitt. ad relig. stat. novit. disp. 3. dub. 7. n. 4.* Tondut. *q. & resol. benefic. p. 2. c. 5. §. 5. n. 21.* §. seq. Tot. *de pact. futur. success. lib. 2. c. 25. n. 155.* §. seq. Marant. *p. 4. resp. 5. n. 12.* §. seq. Dom. Manfrè. *ad dec. Capyc. Latr. observ. 31. n. 10.* §. seq. Sperell. *dec. 16. n. 49.* Et ita pluries definit Sacra Congreg. Concil. de cujus resolutionibus semper à nostro Tribunali reverenter amplectendis testantur Paris. *de resignat. lib. 3. q. 13. n. 5.* Molphec. *ad Consuet. Neapol. tit. de renunc. q. 16. n. 34.* Pellizzar. *in manual. tom. 1. tract. 2. c. 9. n. 20. in fine.* Ric. *in praxi p. 3. ref. 265. n. 3.* Sanch. *ad præcept. Decalog. lib. 7. c. 5. num. 38.* Fagnan. ejusdem Congreg. olim meritiſſimus Secretarius *in cap. Martinus n. 18. de regular. Sperell. in d. decis. 16. n. 49.**

18 Quæ quidem opinio efficacissimo nititur fundamento; nam in beneficiis non minus quam in aliis bonis renunciatio est amissio magni juris, & ob id aliqua persistendi, & profitendi necessitas incumberet ei, qui religionem ingreditur, si videret se per renunciacionem beneficio spoliatum: cui libertati egressus voluit providere Sacros. Concilium Tridentinum, ut observant omnes præcitati Doctores, & præsertim Sanch. ubi sup. d. n. 38. Pellizzar. d. cap. p. 19. §. 20. Laym. d. cap. 7. n. 6. Donat. d. q. 17. n. 3. Ricc. d. p. 3. resol. 365. n. 3. qui etiam observant, quòd admittendo contrariam opinionem, sequeretur absurdum, quòd ingresso religionem tolleretur omnimoda facultas resignandi, & disponendi de beneficio, qui sciens resignacionem esse irretactabilem etiam professione non sequuta, cogeretur permittere, quòd beneficium vacaret ex se ipso per professionem, quod esset nimis durum, idque propterea à evitatur concedendo novitum posse resignare, servata forma, & conditione Sacri Concilii Tridentini, ut ponderat Pellizzar. ubi sup. nu. 19. vers. *Ex alia parte validè durum est, &*

vers. *Quæ tamen absurda, cæterique proximè laudati, quibus accedit Castropal. tract. 13. de benef. disp. 6. par. 2. §. 3. n. 18. vers. Durum nunquam esset.*

Nec difficultatem ingerere valet absurdum consideratum à Garz. & Rouriq. in locis allegatis, videlicet, quòd collatio beneficii stare in pendenti, & sub conditione sequatur professionis contra naturam, tum beneficii, quòd debet esse perpetuum, tum renunciacionis, quæ secundum Canonici juris decreta debet esse absoluta. Etenim, ut appositè expendit Layman. d. c. 7. n. 6. §. *Negue obstat*, cum prædicta conditio iussit secundum juris præscriptum, rectè igitur apponi potest, vel si non adiciatur, adhuc tacite est intelligenda, ut etiam præcisè pro remotione objecti animadvertunt Episcopus Campanil. *cit. cap. 3. n. 21.* Pellizzar. d. c. 9. n. 20. Sanch. d. cap. 5. v. 38. Donat. *ead. q. 18. nu. 10.* ubi exemplificantur alii casus, in quibus collatio Beneficiorum est resolubilis.

Hinc inane visum fuit objectum deductum ex verbis mandati procuræ ad resignandum, quòd Cosmus spondet, & liberè resignare intendebat, junctis aliis, ex quibus scribentes pro Mallario conabantur inferre resignacionem non fuisse conditionatam in casu professionis; omisit enim aliis responsionibus, illa præ cæteris placuit, quòd Concilium loco citato dans formam renunciacionibus faciendis per novitos, & disponens illas non aliter intelligi effectum sortiri, nisi sequuta professione, irritat omne pactum in contrarium, & suam censuram extendit etiam ad casum, quo resignans voluisset purè, & liberè resignare, etiam professione non sequuta, ut in illis verbis: *Aliter verò facta, etiam si cum hujus favoris expressa renunciacione, etiam jurata, sit irrita, & nullius effectus.* Et in specie firmat Peguer. *decis. 252.* Campanil. *in divers. jur. can. rubr. 12. c. 13. n. 19.* Ventrigl. *in praxi part. 1. annot. 46. §. unico n. 11.* & dictum fuit in priori decis. §. *fururi in fine.*

Ex his omnibus igitur emergit bonum jus Cosmi pro consequenda reintegracione; sed ut res clarior efficiatur, expedit quoque ponderare probaram ejusdem Cosmi Acto. ris paupertatem, qui ex duabus Cappellaniis, quas possidebat, alteram liberè dimisit anno 1680. alteram verò anno 1695. prout scuta mille retrahenda ex pretio cujusdam domus, de tempore ingressus assignavit in livellum ejus Amicitæ; quibus profectò ita se habentibus, si contrarius intellectus esset admittendus frustrata remaneret ratio considerata à Concilio non impediendi liberum egressum; nam vel post egressum à Religione Cosmus, unde vitam viveret, non haberet, vel timore paupertatis, invitus licet, coactus fuisset profiteri, quòd justitiæ, æquitati, & Concilii menti nimis repugnat, Cancec. *var. resol. par. 3. c. 15. sub n. 337.* Paris. *de resignat. lib. 3. q. 13. n. 9.*

Et ita utraque parte acriter informante resolutum fuit, &c.

F I N I S.

